

FONTINALIA
INFERIORIS ALTAHÆ
HONORIBVS

EXCELLENTISSIMI, AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

AVGVSTINI

EIVSDEM MONASTERII

ABBATIS VIGILANTISSIMI,
DOMINI PERQVAM GRATIOSI, AC

PATRIS SVI AMANDISSIMI &c. &c.

AD ANNIVERSARIVM (Verf.: Paminus
Köbel)

ELECTIONIS, ET ONOMASTICVM DIEM

HVMILLIMO AFFECTV DEDICATA, AC PRODVCTA

A

CAPITVLÒ DEVOTISSIMO

VI ET V CALENDARVM SEPTEMBRIVM

ANNO DOMINI CICCLXIX!



STRABINGÆ, Typis Cassiani Betz.

Sicut Fons aquarum, cuius non deficiuntur
aquaes. Ps. 38.

PERSONAE CANTANTES.

DAMON Pascuorum Dominus.

SYLVIA Damonis Conjux.

TITYRVS.

CORYDON.

MOPSVLVS.

FLORIDA.

GALLA.

DORIS.

Pastores.

Famulae Domesticae.

IN APODOSI.

Genius Altahae.

Metrum Musicum composuit Ven. D. P. Pirminius Kölbl
p. t. Prior.

Modulos Musicos Adm. Reverend. Religios. D. P. Anselmus
Weiss Regens Chori.



PARS

PARS PRIMA.

Fons aude desideratus.

SCENA I.

CORYDON.

Vah! quam malis hoc tempus ardet solibus!
Nec dum remittit aestus. Arsit Julius:
Pergit magis molestus Augusti calor.
Caniculae flagrantis aetas transiit;
Ignes adhuc Phaebus potentes concipit
Molli in sinu Virginis.

Ode.

Fumant montes,
Sudant Valles,
Rari fontes:
Aestus quales
Instant siluis atrisi!

Vbique torridus
Aer premit, siccis inhaeret faucibus.
Linquae rigor, perennis ardor corporis
Augent sitim grauem, liquores adpetunt.
Hic fons profundus latet. Amabile cito
Frigus traham: quin totus in fontem cadam.

Ode.

Vrget sitis
Cunctis horis.
Quam immitis
Coeli torris
Ardet, torquet radiis!

Adhuc sitio, potum repeto. - Potum satis,
Cessat sitis. Sentio leuamen pectoris.
Bene est: Vigor membris, labris humor reddit.
De fonte frigido aura spirat mitior,
Et inter vmbracula calores temperat. -
Locus iste fonti proximus gratam dabit,
Sedem mihi Joui sacris sub frondibus.
Pecus quiescit, & sub vmbra ruminat:
Nec vlla crudelis ferarum dentibus
Minatur. In specu latent, solis pauent
Ignes. Periculi timendum pascuis
Nihil. Securus dormiam: noctu vigil
Custos gregis ero. - Nunc agresti fistula
Captabo Morpheum: facile det somnium. -
Pro! rimulis fatiscit, exit halitus,
Sono caret, fitim patitur ut Musicus.
Eia bibe cum Cantoribus: bona salus,
Vocis redibit vsus aestu perditus.
Bibe interim vale. Quiet me dabo:
Abi tenax musca, in malas cruces abi.

Ode.

Abi fusca,	Veni galla
Tenax musca!	Summe mala!
Monstrum vile	Pectus molle
Cessa file	Aestum tolle
Morsu, murmure!	Suaui opere.
Abi fusca turpis musca.	

SCENA II.
CORTDON. TITTRVS.

CHORVS.

IVVENVM.	PVELLARVM.
Hui Pueri!	Ohe puellae
Audite!	Venite!
Inuertite greges,	Omittite olus.
Obducite sepes,	Succedite, bolus
Cito recipite vos.	Pinguis exspectat iam nos.

Io Iuuenes !	Eia Virgines !
Plaudite.	Agite !
Noua Laetitia !	Colligite flores,
Festa fontalia	Deferte honores.
Annuus aperit mos.	Placet haec fontibus dos.

COR YDON.

Quid audio ! iucundus in aures sonus
 Incidit: adhuc: ni fallor, ambae tiniunt.
 Ecquid vigilo compos mei ? num somnio ?
 Vt vt sit : animo gaudium praesentio.
 Fontem bibi recens, imago similis
 Mentem subit meam sacris de fontibus.
 Haec mihi placent somnia : lubens indulgeo..

TIT PR VS.

O quam grauis me conterit solis calor!
 Quam dura laffatum via premit sitis!
 Spes laeta ! iam fontem teneo, pectus meum
 Refrigero.

Ode.

Vt ceruus ad fontes aquarum	Sic temperant lassi pastores
Notas per vias ferarum	Intenso solis calores
Accurrit anhelus,	Per frigidum hauustum,
Si callida tellus	Ad puteum faustum,
Vrit, & furit	Premit, dum fremit
Aestifer canis.	Sitis immanis.

Tempus vocat, promptus Lares
 Cogito, notam vocem sequor, quae conuocat
 Ad sacra fontium. - Quid hoc dormit piger
 Corydon, procul suis remotus pascuis.
 Vae tibi! periculum gregi si contigit.
 Hortator accedam, monebo protinus.

Ode a duobus.

TIT YRS.

Surge ignaue!
Adulta iam dies.
Pecora mulge,
 Collige.
Ocius surge
Ad festum fontale.
Cogam te fuste.
Sequere!

CORTDON.

Dormio suaue:
Quam grata est quies!
Moram indulge,
 Desine.
Minus ah vrge:
Iam sentio tale.
Tentes iniuste?
Apage!

CORTDON.

Sudore linquor, non valeo, sum deliquus
Animo.

TIT YRS.

Malum noui: medelam conferat
Fons frigidus, cito reducat spiritum.

CORTDON.

Proterue me ludibrio? Vindex ero.

SCENA III.

MOPSVLVS, et CORTDON.

MOPSVLVS.

Fulmen ruat de nubibus! sternat pecus
Hoc pertinax, plenum dolis, & cornibus
Minax! Veni foras! Quid haeres vngulis?
I, progredere! frustra moram quaeris fugae.

CORTDON.

Erupit, euasit scelestus flagrio;
Verumtamen manu grauem me sentiet,
Vbi vbi prehendero. Retro me fistula,
Et pera cum pomis trahunt: reliquias
Charas mihi non deserbo. Quercum prope

Posui,

Posui, scio. Nunc vbi? - Reperio nullibi.
Hem profugus abstulit nequam: tergo luet.
Heus puer! quorsum trahitur hic corniger?

MOPSVLVS.

Quid me petis? Numquid tuarum partium
Est nosse, quo loco siet status gregis,
Si diligens pastor fores?

COR YDON.

Bufo tace!
Aut ocios te mittam in ima fontium.
Dixi, caue, ne quid mihi cudas mali.

MOPSVLVS.

Factum puto. Minas inanes rideo.
Frustra es: labori parce, sponte me fero.
Vrget sitis, libenter in fontem ruo.

Ode.

Pulchra vt Nympha	Limo infontem
Ludit in Limpha,	Ruo ad fontem
Mundas	Riuus
Per vndas	Tam viuuus
Iactat, & abluit se.	Rapit, & recreat me.

Fons iste frigidus, profundus, limpidus
Nullo lapide turbatur, idem permanet.
Depascit ardor: solus extinquet sitim.

SCENA III.

FLORIDA, & MOPSVLVS.

FLORIDA.

Sitio, sitio! calore pene concido!
Cur longius mouere gressus obligar?
Necesse corpori via fesso quies.
Depono sarcinam meae fronti grauem.
Vmbras amant flores, calor solis nocet.

Vires nouas iam largus infundat latex.
Et en! ligatus vinculis aries strepit:
Nosco feram, quam Mopsulus ducat domum.
Siccine nequam iocis iners trahis moram?
Quid aetitas? fontem lapide facrum petis!

MOPS VLV S.

Non hoc ago. Nymphas, in vndis quae natent
Spectare volo.

FLORIDA.

Quam promptus ad mendacium!
Discede, solem passa sitio frigidam.

MOPS VLV S.

Recens petenti lympha dabitur hac manu.

FLORIDA.

Abi tuo non indigeo solatio.

MOPS VLV S.

Abibo: sed prius rosas dono dabis.

FLORIDA.

Spem mitte. Nec meis comam de floribus.

Ode a duobus.

MOPS VLV S.

Florida mi!
En prece, non vi
Rogo da florem,
Gratus & forem
Florida mi!

FLORIDA.

Mopsole mi!
Nec prece nec vi
Impetres florem.
Virgo non forem
Mopsole mi!

2.

Florida mi!
Me amas, quid ni?
Pulchre si orem,
Multum & plorem
Florida mi!

2.

Mopsole mi!
Me audis, quid ni?
Cedam si florem,
Geres tu morem?
Mopsole mi!

MOPS VLVS.

Obsecro: lubens in omnibus morem gero.

FLORIDA.

Immitte ne sacris lapillos fontibus.
Crimen latens plectit Deus.

MOPS VLVS.

Sancio. Dextra fidem

FLORIDA.

Sit ergo: quod placet, tibi delige.

MOPS VLVS.

Satis est: migrabo laetus ad Conuiuim.
Salta Caper! eris pingue nobis pabulum.

SCENA V.

FLORIDA, & DORIS.

O me beatam! placet amaenitas loci.
Hic fons, & vmbra solis aestum mitigant.
Flores legi: iuuat coronas nectere
Per ocium quieta sub hac ilice.

Ode.

Vmbroso Quercus tegmine Sit vnda recens frigida,
A sole protegit. Calorem temperat.
Quam suaui hic dulcedine Tota respirat anima,
Morantem reficit. Membra refrigerat.
Quo te pedes amica! quo tendis gradum?

DORIS.

Silit Domina: limphas recentes hauriam.

Ode.

Hauri, hauri amphora!
Gratum Herae potum da.
Cur abundas?
Ni effundas
Larga fontis munera.
Mecum veni florida, tui praesentiam
Cupit Domina.

Surge, surge hydria!
Solers iuuat dextera.
Si terrena
Cessat vena,
Mea darem vbera,

FLORIDA.

Concede paulum temporis,
Et adiuua lectis corollas floribus
Stringere. Breui domum reuertamur simul.

SCENA VI.

FLORIDA, DORIS, GALLA.

GALLA.

Auete sociae laeta vobis nuntio
Gaudete Festum Fontis agitur hac die.
Fumans olet culina pingui ferculo:
Spumare vidi forte mullum dolio,
Mensas parari sub patente tilia.
Iam mota cantus aure saltidicos bibi.
Pede mobili pulsare compitum licet,
Plaudite.

Ode.

Vix rubet aurora,	Sic coeli fauore,
Iam vigil abs mora	Perafto labore,
Plaudit Alauda	Dies amaena,
Blandula cauda,	Largior coena
Alas pandit,	Dum adfulget,
Nubes scandit,	Se indulget.
Arguto canit gutture,	Vtamur bono tempore,
Sublimi vibrans aethere.	Prono laetemur pectore.

FLORIDA.

Diu hunc festum diem desidero
Iam dulce mulsum mihi palatum prouocat.

DORIS.

Mouet saliuam mihi tumens artocreas.

GALLA.

Pulmenta meus opima iam prurit animus.

FLORIDA.

Feliciter lux grata vertat omnibus.

Ode

Ode a tribus.

FLOR. Eia sorores ! nectite flores.

DORIS. Jungamus operam,

GALLA. Et opem mutuam

OMNES. Feramus.

FLOR. Ite sorores , ferte odores!

OMNES. His fontem coronemus,

Salutem concinnemus.

FLOR. Iuuate me !

RELIQ. Iuuamus te.

Finis Partis primae.



PARS SECVnda.

Fons splendide coronatus.

SCENA I.

STLVIA. GALLA. DORIS.

STLVIA.

A destis improbae, dolosae, garrulae !
Inutiles, leues, vagae, segnes lupae !
Quem luditis viridi sub hoc vmbraculo ?
Siccine domesticis laboribus manus
Subducitis ? molles sicut iuuenculae
Stabulis procul laetis vagantes pascuis.
Itan meo dignata sum confortio,
Vt otiantibus cibos indulgeam ?
Miserae ! quid agitis , si frequens instat labor ?
Nonne vna parcens sibi studet onus alteri
Deferre ? Sin autem leuis solennitas,
Mox singulæ volatis ad tripudium.
Dormitis in multam diem , fero domum
Conceditis : ponam modum licentiae.
Vbi morosa detinet se Florida ?
Iam ferta finxit ad sacri fontis decus ?

GALLA.

Si mihi loqui licet Domina ! perfecimus
Ope mutua. Sed Floridam frustra petis :
Iam se fugae dedit timens frontem asperam.

STLVIA.

Et quis tuam conduxit audacis manum,
Vt adiuves ?

GALLA.

Me dura sitis huc compulit,
Et opem tuli.

STLVIA.

Colluditis : mendax abi ! -
Et tu stupida peruersa sic Heram colis ?
Iussi vrceo domum feras limpham cito.

Haeres adhuc! quantam moues bilem mihi
Impia! bibale debeo donarium:
Accipe.

DORIS.

Quid? innocens in hanc poenam vocor.

STYLVIA.

Os impudens! purgare culpam cogitas?
Peiora, si necdum quiescas, senties.
Diram trahit secum furor praeceps sitim:
Sentio. Domabo frigida. -- potus sapit.
Superi pii! bonis abundo plurimis:
Et pace vix vnquam bona possum frui.

Ode.

Sum Domina:	Sed misera!
Sunt pascua,	Quam plurima
Aedes, villae,	Domi, foris,
Et ancillae,	Cunctis horis,
Charae proles,	Bile turgent,
Grata moles!	Pungunt, vrgent
Et omnia,	Me taedia!
Quaecumque satiant,	Curarum stimuli
Ad vota stant.	Innumeri!

SCENA II.

DAMON, STYLVIA.

DAMON.

Salve mea anima! consors tori suauissima!

STYLVIA.

Amate Coniux salve millies! manum:
Offer tuam: pio reuerear osculo.

DAMON.

Permitte te meis fouere brachiis;
Amore mutuo libare basia.

Ode.

DAMON.

SYLVIA.

O salue meorum	O salue meorum
Fons dulcis amorum!	Corona votorum!
Charissima, optima res!	
Te vnam requiro	Te vnum suspiro
In te mea figitur spes.	
Non armiger ales	Ad portum haud nauis,
In aethera vales	Sit Zephyrus suavis,
Tam cito dirigere te!	Tam cito dirigere se,
Vt ad te contendeo,	Vt sinum extendo,
Et feror amore in te.	

SYLVIA.

O perge Damon! perge, sic coelum precor
Amare Syluam: Cor en totum tenes.

DAMON.

Amata! dum viuo, fidelem coniugem
Tui tenebis. Pectus en! totum patet.
Amabo dic! calente solis lumine
Cur sola degis in silente syluula?
Aliquid latet peccore: quid hic negotii?
Lympham sitis? ancilla defert obsequens.

SYLVIA.

Vtinam suis starent malignae partibus!
At iussa negligunt, suo viuunt modo,
Quod conqueror.

DAMON.

Detrita promis: sordidum
Nosco genus, sui tenax arbitrii,
Nunquam vales aptare genio nobili.
Si vita felix, tuta si cordi quies,
Quaelibet oportet fronte tranquilla pati.

Ode.

Simula, dissimula!	Commoda, accommoda,
Cruda cogunt tempora.	Dura frange capita

Si me amas,
Preme flamas,
Nutrit quas inuidia.
Suaui more:
Cum amore
Cuncta trahes pectora.

Mittamus haec. Solennis instat Hesperus:
Cadente luce fontinali Numini
Libamus hodie. Fontis augustum caput
Verbena cingat, Flora fertis ambiat,
Rubente splendens vnda flammet sanguine
Haediculi, quem nulla polluit Venus.
Pro more sacro caecubum bibat merum.
Pastoribus commune sit coniuium.
Eia! annuum Festum paremus splendide.

SYLVIA.
Ter fausta nobis accidunt sacra prolpere.

SCENA III.

DORIS. TITRVS.

DORIS.

Infausta lux! nigro notanda calculo!
Hodie grauem tuli notam: memor imprimam.
Ah dura fata! cur meo cedat malo
Alienus error, & feriat insons caput?
Imbellis istud patior? hoc probrum feram?
Iuro stygem! seruile pensum deserbo.

Ode.

Sit Domina!	Sum famula:
Quid tum?	Quid tum?
Vomat verba	Liber homo
Peracerba!	Caret domo:
Haec non fero:	Non se laedi,
Fungus ero?	Sinit caedi
Canis mortua non sum.	Vile vt mancipium.

Dixi libera sum, mitiori seruam.
Migrabo.

TITR-

TIT YR VS.

Sors beata! iam partem meam

Teneo: haec capax lagena vini sufficit.

Praeuerto festum. - Quam bonus, mitis, fluens

Hic fontium Deus! gulam suave imbitat:

Merum bibo Numen.

DORIS.

Misera! festo die

Cur sola lugeam?

TIT YR VS.

Quis in silua gemit?

DORIS.

Heu misera!

TIT YR VS.

Doris nostra! - quem luctum fous?

Profare! triste num tibi quid contigit?

DORIS.

Plagam doleo, quam mihi Domina fecit grauem.

TIT YR VS.

Fecit bene: potenti ecquid audes obloqui?

Nosco Dominam, nosco tuam ferociam.

Ode.

Quando surgit mare,

Spumat, nescit stare:

Nauem caute

Ducunt nautae,

Mersa anchora

Cauent Africa

Ventorum murmura.

Hera si repente

Mota tuimet mente:

Probat illa

Se ancilla,

Submissa bona,

Ad nutum prona

Quae tacet subdita.

DORIS.

Verba facile inuenis: tua nihil interest.

Stat mente fixum: fune mihi frango gulam,

Praeps agor in hanc fontis altitudinem.

TIT YR VS.

Turpis! timorem pelle faemineo sinu.

In me periculum! Domina veniam dabit.

In pristinum fauoris admittet gradum.

Mecum veni! laetare: consueto breui

Loco iocantes saltu aptemus pedes.

SCENA III.

TITTRVS, CORTDON, GALLA, MOPSVLVS.

COR YDON.

Quorsum pedes? reuertere nequam longipes!
Sunt plura, quae loquar tibi: res ferio
Agitur; meam nunc tibiam, peram meam
Vel cede volens, aut fuste nodoso cadas.

TITTRVS.

Ignota loqueris.

COR YDON.

Nota fient furcifer!

Tuum feracem fraudibus nosco finum:
Ablata redde, quae tulisti per iocum.

TITTRVS.

Non te capio: num mente corruptum putem?
Quis tibi videor?

COR YDON.

Indignum adhuc factum negas?
Alius nemo, quin tu, fuit praefens, scio.

TITTRVS.

Pro fulmen! obmutesce! sum probris satur.
Cessa minax! aut fenties, quem laeseris.

COR YDON.

Me postulas auctor mali! mox te ruam.

Ode a tribus.

COR YDON.

Perdite peri!
Has fraudes
Non fero inultus,
Quas tendis in me.

TITTRVS.

Improbe feri!
Si audes?
En pectus, en vultus!
Non timeo te.

GALLA.

Qualis clamor! quis tumultus!

Lue! Rue!
Qui hoc scelus edis! Cur insontem caedis.

GALLA.

Ohe!
Me iuuantem laedis?
Rixis modus sit tam foedis.

Has mihi vices? quae restituo rem perdidam?

TITYRVS.

En integrum cordis mei innocentiam!

CORTDON.

Ignosce Frater! fons malorum faemina!
Aequam tulimus vterque partem:

GALLA.

Ego maximam:
Experta sum.

CORTDON.

Compatrior, insontis vices
Valde doleo: supplex genu nunc deprecor.
O Galla! summe mala, quae dudum tibi.

GALLA.

Define! nolo malum caput discordiae.

TITYRVS.

Lis acta: concordes agamus denuo!

CORTDON.

Istud rogo.

GALLA.

Per me licet, non abnuo.

TITYRVS.

Sic bene! fidem, pacem colamus mutuo
In signum amoris hunc liquorem consecro.

Ode a tribus.

Quot guttae in hoc calice.
 Quot frondes in hac ilice.
 Quot motus in hoc pectore:
 Tot laetae fluant horae!

2.

Amor, & Concordia,
 Constanſ amicitia,
 Nulla fraud, inuidia
 In corde ſit, & ore.

MOPSVLVS.

Venite pastores cito! tempus vocat,
 Herus iubet: modo incipit Progressio
 Solennis ad fontem coronandum.

TITVRVS.

Bene eſt.
 Properemus: hilari mente ſumamus diem.

SCENA V.

MOPSVLVS solus.

O quando mihi fortuna tranquillas dabit
 Horas! fatigat membra contiguus labor:
 Nec crescere finit Mopsulum. Somnus breuis,
 Siccus dies, vilis cibus, merces leuis,
 Operi modus nullus: manus centum forent,
 Pedesque, factis imperia non affequar.
 Maiora fuit viribus onera, quae perfero.
 A pascuis redux malignum vix caprum
 Duxi domum, redire iussus denuo,
 Ut saxa colligam volucri brachio.
 Cantu iuuat fallere labores improbos.

Ode.

Silices colligo: Sacculos tendite!
 Frigidae vetulae! Ignis in lapide.
 Emite! Offero
 Vili stant pretio. Vobis gratuito.

Ingens modus lapidum! mea quin sub manu
 Crescunt. Latex profundus omnes hauriat.

Ode minor.

In alpibus bella
 Quid agis puella?
 Veni mel meum!
 Dabo Lyaeum,
 Optima mella:
 Veni! si audes tenella.

En! audio: festiuus aduentat Chorus.
 Tandem licet cessare: properabo obuiam.

SCENA VLTIMA.

PERSONAE OMNES.

CHORVS.

Huc Pastores ferte flores,
 Sacra ferte munera:
 Serta date, celebrate
 Festa Fontinalia,

DAMON.

Subsistete nunc deuota pastorum cohors!
 Colendus est fons iste sacris ritibus,
 Qui tanta nobis otia, & vitae bona
 Contulit. In dandis gratiis, & laudibus
 Vos quaeso iunctis nos iuuate viribus!

Con-

Coniungite pias supplici vultu preces.
Adsit benignus vsque fontium Deus.

Chorus a 4. vocibus.

Veni Numen fontium!
Audi preces supplicum!
Hauri vota,
Mente tota
Quae depromimus.
Chori sint pastorum pleni!
Hauri, veni!

2.

Fontale Numen veni!
Afflatu tuo leni
Vise fontem,
Hunc insontem,
Quo te colimus.
Chori sint pastorum pleni!
Vise! veni!

3.

Riga, quod est aridum.
Aestum tolle noxiun.
Aquaen venam
Serua plenam,
De qua viuimus.
Chori sint pasterum pleni!
Serua, veni!

4.

Te fontem adoramus,
His fertis coronamus.
Vuae rore,
Et cruento
Hoedi tingimus.
Chori sunt pastorum pleni!
Bibe, veni!

ADPLICATIO VTRIVSQUE PARTIS.

GENVS ALTAHAE.

Subuenio felix Altahae internuntius:
Impono scenaे splendidaм coronidem.
Fontis latentis detraho signaculum,
Oculis nouum vestris resero spectaculum.

Ode.

Specia! AVGVSTINVМ HVNC FONTEM laudemus,
Fontem hunc diuinum! Coronas debemus,
Quo inter duriSSima fata Et laudes, & preces, & vota:
Haec Quercus abunde rigata, Per illum, qua fruimur, tota
Vberrima stat. Felicitas stat.

O PRAESVL EXCELLENS! PATER suauissime!
Fontem refers viuūm perenni gratiā,
Qui publico totum bono TE consecras.
Euisceras dotes tuas, vt singulis
Prosis: in omnes beneficis, quam maxime
In pauperum turbas ope pia prodigus;
Hinc larga desuper fluit Benedictio.
TV fontis instar sponte descendis, petis
Coactus alta, dignitatis negligens.
Sic nobilium excellis VNVS fontium,
CAPVT CORONA, GLORIA dignissimum
Fontale festum nunc agite charissimi!
Largissimum FONTEM coronis cingite!
Pias preces, & vota votis iungite.

CHORVS.

AVGVSTINVМ coronamus:
Iuncti ferta vota damus.

De hoc FONTE Laeta fronte
Vitae bona, Coeli dona Plausus date, conclamate:
Large bibat noster sinus. Diu viuat AVGVSTINV

FINIS.